

1765, 18.

CAROLVS FERDINANDVS
HOMMEL

ECCLESIAE CATHEDRALIS MARTISBURGICAE CAPITVLARIS
SERENISSIMO ELECTORI SAX. AVLAE IN REBVS IVSTITIAE
CONSILIARIVS CVRIAE IN PROVINCIA SVPREMAE ASSESSOR
INTER DOCTORES PRIMARIVS, DECRETALIVM PVBLICVS PRO-
FESSOR COLLEGII IVRISCONSVLTORVM ORDINARIVS ET
DECANVS PERPETVVS ACADEMIAE LIPSIENSIS CONSTI-
LIARIVS, DECEMVIR ET HOC TEMPORE
PROCANCELLARIVS

SOLENNIA DOCTORALIA

DOCTISSIMI CANDIDATI

CAROLI AVGVSTI SALZMANNI

MARTISBURGENSIS

D. XXIV. OCTOBR. MDCCLXV. CELEBRANDA

INDICIT.

R H A P S O D I A

*Quaestionum in foro quotidie obvientium,
neque tamen legibus decisarum.*

Collectio VII.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

OBSERVATIO CLV. Actio hypothecaria contra tertium in primis possessorem processu executiuo institui nequit, nisi eum, a quo petitur, pignorum fundum possidere ex documentis liquidis illico doceatur. Sustinetur tamen libellus, si petitor super facto possessionis responsum a reo postulauerit, quoniam possessionis circumstantia quodammodo considerari potest, tanquam legitimatio ad causam passiuam, super qua in ipso etiam executiuo processu non solum responsum exigi, verum etiam, ut in Observatione XII. probauimus, iurandum deferri potest.

CLVI. A cautione pro expensis non liberantur, qui manum communem in feodo habent, quoniam haec simultanea inuestitura inane condominium sine possessione. At, qui usuras percipiunt ex pecunia feudali (von einem Lehnstamme) merito ab hac satisfactione immunes. *O. P. R. ad tit. 13.*

CLVII. Si iudex super articulis et interrogatoriis testes examinauerit, frustra a producente petit, ut expensas totius rotuli soluat, sed interrogatoriorum sumtus productus iudici solus debet. Vnde liquidationes duae faciendae. Ita respondit F. I. L. mense Maio 1765.

CLVIII. Feodo locato commestibilia, quae et cibaria et *Mustheil* appellari solent, nulla viduae deberi hoc responsum indicat: *Ob wohl dass, obnerachtet das Ritterguth zur Zeit des Ablebens verpachtet gewesen, gleichwohl in des Verpachters eigenen Keller und denen Vorrathskammern sich eines oder das andere so zum Mustheile gehörig, befunden haben werde, nicht zu zweifeln stehet, hiervon aber der Witbe, Falls in ihres Ehemanns Vermögen kein Concurfus Creditorum entsteht und sie kein Erbe nimmt, Inhalts der 37ten Constitut. Elector. P. 3. die Helfte, zum voraus geböhret; wobey es auch soviel den nur gedachten Vorrath, so nicht dem Pachter gehörig, sondern die Witbe selbst in ihrem Beschlusse gehabt, billig verbleibet. Dennoch aber und dieweil nach Maasgebung der Chursächs. Processordnung tit. 13. §. 4. bey entstandenen Concursen adeliche Witben das Mustheil, in Betracht, dass sie de lucro captando, die Gläubiger aber de damno vitando certiren, zu verlangen nicht berechtiget, andern Theils da das Ritterguth verpachtet, bey des Besitzers Ableben dersjenige Vorrath, so sonst zum Mustheile gezeblet wird, nicht in seinem, sondern des Pachters, Beschlusse vorhanden gewesen, und letztern eigentümlich geböhret, da denn bekantter Maassen das pretium in locum rei niemals, als nur in denen durch ausdrückliche Gesetze bestimmten Fällen, einzutreten pfleget, mithin da die Commestibilia dem Pachter durch die perceptionem fructuum, wie schon ge-*
dacht,

dacht, eigen worden, das der verstorbene Ehemann solche verlassen, nicht behauptet werden mag; So ist des Vasallen Witbe ausser dem wenigen, so sie etwa bey jenes Ableben in eigenen Vorrathskammern unter ihrem Beschlusse gehabt, und dem Pächter nicht gebörig, weiter etwas an Mustheile zu verlangen nicht befugt.

CLIX. Si cuius Academicus aedes oppidanus possidens moriatur et extranei heredes hereditatem deducere velint, senatui Academico competit detractus de mobilibus et actiuis nominibus, oppidano autem magistratui ex pretio aedium venditarum. Nisi enim tali casu pretium in locum aedium succederet, nunquam iudex rei sitae detrahere quid posset, cum aedes ipsae nunquam deportentur, sed in vrbe maneat. Soluitur nempe detractus non a persona, sed a bonis, vnde etiam pecunia ex fundo redacta, tanquam furrogatum, naturam aedium sapere et magistratui solui debet. Dissentit STRYK in *Vsu Modern. lib. 50. tit. 1. §. 10.*

CLX. *Kuppel-Pelz.* De hoc pro conciliandis nuptiis dato honorario, ex *L. fin. C. de Sponsalib.* neque pro eo soluendo, neque non soluendo, quicquam extricari potest, quoniam ea lex opera CVIACII ex Basilicis in Codicem transcripta, adeoque authentica non est. Nec titulus Pandectarum de Proxenetis commode allegatur, quoniam proxenetae contractibus conciliandis interueniunt. At iure Romano nuptiae contractus non sunt. Nec potest, vt in hoc titulo Pandectarum praecipitur, quantitatis et negotii in aestimando proxenetico ratio haberi, quia non bona in matrimonium ducimus, sed personam, quae inaeestimabilis. Estne vero haec nuptiarum conciliatio alia res, quam merum mandatum? Nonne hoc gratuitum? Si vero certum quid, (nam de incerto mox videbimus) promissum sit, adeoque mandatum degeneret in locationem et conductionem, peti posse putauerim. LEYSER *Specim. 682. Med. 7.* Licet enim matrimonium olim sacramentum putabatur, tamen secundum nostram sectam ea res Simoniacum nihil inuoluere videtur, vt pretium promissum peti non posse, argumentum ex *nouell. 123. cap. 2. §. 1.* deduci possit. Nota interim et probe perpende, si vaga sit stipulatio, et promissum nimis incertum, v. c. *habebis honorarium amplum aut ero in te liberalis*, actionem non tenere, vt iam supra a nobis in *Obs. LXVII* demonstratum est. Scio quidem praeceptorem Iohannis Andreae GUIDONEM A BAISIO, qui a Baldo caeterisque iurisprudentiae recentioris architectis non suo nomine sed *Archidiaconus* allegatur (nam Archidiaconum huius erroris auctorem comperi) incertum in absolute tale et incertum determinabile disposuisse, atque valere promissionem incertam, inprimis iuratam, si veniat certificanda arbitrio boni viri, existimasse: sed haec eius opinio, etiam si iure pontificio ob interpositam forte iuris iurandi

iurandi inuiolabilem fidem, valere possit, tamen absque iureiurando, in iure ciuili, si expressos quosdam in legibus casus exceperis, improbata potius quam approbata, tot ineptis, litigiis in quibus litigantes et ipsi iudices more Andabatarum obligatis oculis cum aëre potius quam cum aduersario pugnantium versantur, quotidie causam dare, vt vix vterius ferenda videatur. Nam in eiusmodi promissionibus vagis regula omnis et cynosura deest, ad quam ille bonus vir suam iudicii nauiculam dirigat. Videatur omnino *Obs. LXVII.*

CLXI. Testes suspecti sunt mediatores et proxenetæ, si is producat, qui adimpleri contractum postulet; quoniam propter affectionem ad causam stare negotium cupiunt, quod ab iis susceptum; imo si proxeneticum acceperint, plane inhabiles, quoniam eorum interest, vt negotium validum pronuncietur, ideoque aliter examinandi non sunt, quam si vtraque pars confenserit, quo casu plenam fidem merentur. *Nouella 90. cap. 8. j. L. 16. L. 19. C. de testib.*

CLXII. Separatam oeconomiam instituisse videri non debent, qui relicta patris domo se in ministerium aliorum contulerunt et suis locatis operis sibi victum quaerunt, *wenn sich die Kinder für Knechte und Mägde an andere vermierthen.* Est enim haec tantum temporaria separatio, cum experientia testetur, si hoc famulitium istis displiceat, displicet autem plerumque, illos in patris domum reuerti. *WERNHER P. 1. Obs. 9.* Adeoque materna bona aut alia aduentitia peculia a patre frustra petunt, qui se in aliorum ministerium contulerunt filii familias, quoniam vt diximus, pro plene emancipatis haberi nequeunt.

Idem dicendum de militibus gregariis. Nam etiamsi ad tempus stipendia merent, tamen, si deinde missionem impetrant, nonne domum reuertentes a patre alendi?

CLXIII. Leporem, qui venandi ius non habet, si ceperit, non centum floreni, sed indistincte XX. thaleri poena. Quondam quidem apud nos recepta erat opinio BERGERI in *Iurisprud. Crimin. p. 61.* et CARPZOVII *Pract. crim. quaest. 84. num. 73. 74. 75. et 76.* existimantium: si quis in electoralibus filius leporem ceperit, XX. thalorum mulctam esse; si quis autem in nobilis cuiusdam filius vel agris venatus sit, eum centum florenorum reum esse. Quaeso te, numne putas Electorem sibi illatas mitius vindicasse, quam quae nobilibus inferuntur, iniurias? Fundamentum erroris in *Ausschreiben Augusti de die 1. Octobr. 1555. Tit. dass keiner auf des andern Grund und Boden.* Sed si hanc legem curatius intueamur, tantum inuisiones nobilium duorum se inuicem in venatione turbantium, ex quibus saepe caedes et tumultus oriebantur, tam acerbè vindicare placuit, quod verba ibi obuentionia, *dass die von der Ritterschafft,* satis inuunt.

nuunt. Itaque nunc sine discrimine, siue in nobilium siue in electoralibus siluis lepus caprus sit, XX thalerorum poenam dicemus.

Quod autem poenam modiorum centum aueni attinet, ea adhuc obtinet et dicitur ei, qui clauso tempore leporem interfecerit, etiam ius venandi habet.

CLXIV. An nobiles praedia subditorum rustica emere possint, quod reipublicae parum salutare videtur, sequens responsum docebit. *Hat ein Edelmann, welcher das Ritterguth Themishayn besitzt, Christoph Vogels Handfrohnguth nebst Zubehörungen in Jahr 1759. käuflich an sich gebracht, worwieder sich aber die semtliche Gemeinde zu Themishayn setzet, als welche nicht geschehen lassen will, das dieses Guth an jemand der nicht Bauern-Standes sey, veräußert werde; wannenhero, obbesogter Edelmann Christoph Vogels Handfrohner Guth an sich zu kaufen berechtigt? Zu wissen hegebreht wird. Ob nun wohl wenn die von Adel oder andere Ritterguths Besitzer Bauerhöfe zu ihren Ritterguthen schlagen, derer Unterthanen Umstände gewisser maassen harter werden, mithin für sie eben die Ursachen anzuführen sünden, wesbalber der Oberlehnherr die angefallenen Lehne seiner Vasallen, damit deren Anzahl sich nicht vermindere, keinesweges für sich behalten darf, sondern wieder weg zu leyhen schuldig ist. Ius Prou. Sax. lib. 3. art. 30. Ius Feud. Alleman. cap. 104. MASC OV. de iure feudorum cap. 14. §. 13. Zumal da dem Staate zuträglicher, wenn mehrere Familien in einem Lande ihren Unterhalt finden, als wenn die Güther, wovon verschiedene leben könnten, in einer Person vereinigt werden, WALCH philosophisches Lexicon, S. v. Republic. Hiernächst, da Inhalts des allergnädigsten am 7. Sept. des 1743. Jahres ins Land ergangenen Befehls Bauersleute keine Rittergüther kaufen sollen, der Billigkeit nach nichts natürlicher scheinet, als das, cum iura debeant esse reciproca, auch denen Edelleuten Bauergüther an sich zu bringen nicht gestattet werden dürffe, zumal da in ausdrücklichen Landesgesetzen, besonders dem allergnädigsten Mandate vom 17. Decembr. 1669. in Cod. Aug. T. 2. pag. 19. das dienstbare Erbgüther niemanden als Bayern zu verkaufen, allgemein verordnet zu seyn scheinet. Dennoch aber und diereil letzte angezogner Befehl an ein Amt ergangen, und auf die vorhergehenden Verordnungen, so in Codice Augusteo T. 2. pag. 12. und 14. befindlich, sich beziehet; solche aber nur von denen Amts-Darfern handeln, BARTH. Hodeg. cap. I. §. 90. pag. 417. BERGER. Resp. CXI. Part. 2. num. 2. und ein solcher Befehl, so an einen oder dem andern Beamten ergangen, weder für ein durchgängiges Verboth zu achten, noch auf diejenigen Bauergüther, so unter derer von Adel Gerichtsbarkeit liegen, sich allgemein erstrecket, DE WERNHER Part. 3. Obl. 144. Vielmehr ordentlicher Weise*

Weise *commerciosa libera* seyn sollen. *C A R P Z.* Decif. 104. num. 10. et Decif. 257. num. 21. *mitbin die diesfalls in Rechten vorkommende Einschränkungen in engsten Verstande anzunehmen, cap. 15. de reg. iur. in 6to. und wenn auch die Unterthanen hierdurch in etwas mehr belastiget werden sollten, gleichwohl da besagter Edelmann sich zu denen ordentlichen Abgaben, Frohnden und Landesherrlichen Gefellen verstehet, auch solche schlechterdings übernehmen muß, der Beweis entstehenden Schadens besagter Gemeinde schwer fallen und alles was sie erwan anführen, auf ein Graumen de futuro hinaus laufen dürfte: So ist die Gemeinde zu Themishayn den zwischen besagten Edelmannie und Christoph Vogeln getroffenen Kauf des obgedachten Handfrohner Gutbes zu verhindern nicht berechtiget.*

CLXV. Quod ad *BEYER* delineationem iuris criminalis ad art. 120. in Additionibus scriptum: *In Lusatia superiori adulter solutus sustigatione, xxor vero relegatione coeretur, plane erroneum esse ex Ephemeridibus Lusaticis (Ober-Lausitzer Beyträge zur Gelahrheit XXXVIII, XXXIX. XLIV. et XLV. Stück) in quibus docta quaedam obueniunt, didicimus, vbi Auctor causis et rationibus additis, haec praescribit. Oberhurerey oder doppelter Ehebruch wird in der Oberlausitz mit ewiger Landesverweisung, wenn aber des unschuldigen Ehegattens Erlassung vorhanden, etwa mit 6 jähriger Landesverweisung oder Geldbuse, ja wohl nur mit Gefangniß; Hingegen schlechter Ehebruch mit Verweisung bios aus denen Gerichten oder mit 1. Jahr Landesverweisung oder 6. wöchentlichen Gefangniß oder eine Geldbuse von 6. neuen Schocken bestrafet und allemal alternatiue gesprochen. Anno 1719. den 31. May gabe ein hochblöliches Oberamt in Budissin das Gutachten: Dafs Daniel Eißler, ein Ehemann, der mit einer Ehefrau Oberhurerey getrieben, nach beschobener Verzeihung von Eißlers Ehefrau auf 6. Jahr zu verweisen, oder eine Geldbuse von 50. Thalern zum Kirchenbau zu erlegen schuldig, auch ist vor weniger Zeit Andreen Harlichen, einem Ehemanne zu Gersdorf propter adulterium von der Juristen-Facultet zu Leipzig nur die Verweisung aus denen Gersdorfschen Gerichten zuerkannt worden. vide FRENZELII Disp. de accessionibus iuris in Marchion. Luf. §. 29. 30. 31. Anno 1719. erkannte der Schoppen Stuhl zu Leipzig George Schurken, einem Ehemanne, der mit einer ledigen Weibsperson Ehebruch getrieben, und welchem sein Ebeuweb verziehen, 6 Wochen Gefangniß oder 6. neue Schock Strafe zu. Anno 1724. sprach die Juristen Facultet in Wittenberg Johan Müllern, einem Ehemanne, gleichen Verbrechens halber, 6. Wochen Gefangniß oder 6. neue Schock Strafe zu. Anno 1727. mense Septembri erkannte die Juristen-Facultet zu Wittenberg Ursulen Kiekmannin, einer Ehefrau, welche mit 2. Ehemännern, Hans Scholten und Peter Kruschen sich fleischlich vermischet, die ewige Landesverweisung, Schotten und Kruschen aber*

aber 4. Jahr Landesverweisung, welches nachhero durch ein allergnädigstes Rescript von 28. May 1728. dahin gemildert worden, daß die Kiehmännin statt der ewigen Landesverweisung, mit drey monatlichen, Sobotte und Krusche aber, mit 6. wöchentlichen Gefängniß Strafe belegt worden. Hierbey war die Erlassung der unschuldigen Ebegatten. Haec auctor laudatarum Ephemeridum Lufaticarum; nunc nihil aliud addimus, nisi nos actis ex Lufacia transmisissis solutam, etiam cum seuerissime vellemus, nunquam duriori, quam 6. septimanarum carceris poena, coercuisse.

CLXVI. Mortuo vno coniuge testamentum reciprocum ex parte superstitis illico fit destitutum. Neque obstat *Const. Elect. 9. P. 3.* vtpote quae de testamento nullo et inofficioso, non autem destituto, agit. Si tamen defunctus v. c. maritus simul de superstitis vxoris bonis disposuerit atque, vt post suam mortem ea vxor Iauoleno relinquat, iusserit, valet dispositio tanquam mariti fideicommissum, vnde heredes vxoris deinde mortuae haec bona Iauoleno restituere coguntur, detracta tamen Trebellianica, quam etiam mortuum detrudere posse, supra Obs. LVIII. ostendimus.

CLXVII. Etiam si in cap. 28. X. de testib. scriptum sit: *Ne vnus iudicis, quantaecunque fuerit auctoritatis, verbo credatur in causis siue super testamentis siue quibuslibet aliis contractibus quaesitio agitur. Nec scriptum eorum, nisi testium adminiculo fulciatur, obtineat firmitatem,* tamen quod testamenta attinet, extra Saxoniam praeualet ius ciuile atque actuarii persona in testamentis coram sculteto et scabinis condito, superflua putatur. Nam secundum ipsum ius canonicum semper duo testes actuarii personam suppleunt, c. 28. X. de testib. cap. 11. X. de probat. Quamobrem etiam potatissimi iurisconsulti BERGER *Oecon. Iur. lib. 2. tit. 4. thes. 2. not. 5.* CARPZ. *P. 3. Constit. 3. defin. 32.* LEYSER. *Specim. 35. 4. Medit. 2.* si Scabini adsint aut duo testes, Actuarii personam, extra Electoratum Saxoniae insuper habent. Sed nec in ipso Electoratu actuario opus in mortis periculo. Necessarium tamen, vt Scultetus eum Scabinis a domino iurisdictionis ablegentur, *Decis. Elect. 45.* Nisi forte nobilis diu absens sit, STRYK. *Vs. Mod. Pand. lib. 2. tit. 1. §. 9. in fin.* aut ab initio statim generaliter delegauerit et in specie potestatem testamenta recipiendi iudici pagano demandauerit, quo casu insinuatum sculteto et scabinis testamentum non solum sine actuario, sed et sine delegatione, valet. BRVNEMAN. *L. 19. C. de testam. num. 18.* STRYK. *de Cautel. Testam. c. 7. §. 38. in fine.* CARPZ. *Decis. 148.* Quid quod et eum, qui probare velit: per praescriptum tempus in quodam pago consuetudinem obtinuisse, vt testamenta sine delegatione et actuario valida reputata fuerint, audiendum esse esse, demonstrauius in PROGRAMMATE: *De testamento iudiciali absque actuario neque ablegatis scabinis valido,* quo Memoriam

riam Ackermanniam 1764. celebrauimus. Neque obstat §. 1. tit. 2. O. P. R. utpote qui locus examinatos requirit, si vniuersa iurisdictio mandetur, at vnam alteramue iudicii partem etiam sculteto valide delegari, quoti- die videmus; inprimis testamenti receptionem delegari posse *Decisio El. 45.* abunde docet. Itaque testamenta eiusmodi eo magis valebunt, quo facilius sustinentur et priuilegiatis iure ciuili annumerantur, testamenta rustica. Nota etiam extra Saxoniam secundum illud: vbi iudex, ibi iudicium, non requiri vt pro tribunali sedeat iudex, sed domi recipere te- mentum posse, modo scabini adsint aut duo testes, quoniam testamenti in- sinuatio actus est voluntariae iurisdictionis, LEYSER *Specim. 354. Med. 2. CARPL. Decis. 293. num. 10. seqq.* Neque in *L. 19. C. de testam.* in qua testamenti iudicialis praecipua sedes, vllibi praecipitur, vt *apud acta* siue eo in loco, vbi est tabularium, insinuatio fieri debeat, sed tantum vt *actis cuiuscunque iudicis mentis postremum publicetur iudicium*, quo nihil aliud significantur, quam vt in scriptis excipiat iudex vltimam offerentis voluntatem et super eam acta conficiat. STRYKIVS tamen in Cautelis testamentariis dissentit.

CLXVIII. De vindicatione pertinentiarum avulsarum verba Deci- sionis 17. d. a. 1746. *dass ein Contract, wodurch ein Grundstück von Steuern, Erbzinzen und dergleichen Gefällen befreuet wird, in Ansehung des Fiscis, des Erbzinsherrens und dererjenigen, welchen solche Gefälle entrich- tet werden, ungültig sey, ist bereits in der 65. Decision versehen. Wie es nun hierbey nochmals verbleibet und darwider was nach ermeldeter Decision *) und wegen derer Steuern auch die Innerhalb 40. Jahren vorher geschlossenen Handlungen betrifft, keine Praescription statt haben soll; Also setzen und ordnen wir hiermit, dass ein solches Pactum in Zukunft auch unter denen Contrahenten unbeständig, admodum dubiae interpretationis. Quibus- dam haec verba ita videntur capienda, vt in contractibus, ante diem 2. Iulii 1746. quo Decisiones nouissimae publicatae sunt, initis, possessori contra priuatum retrahentem v. c. venditorem praescriptio omnino pro- fit et tantum contra fiscum et dominum emphiteuseos inuicilis sit. Nam verba: *keine Praescription statt haben soll*, non generalia videri, sed re- ferenda esse ad casum, si fiscus aut dominus agat. Post annum 1746. autem, ne quidem priuato contra priuatum possessionem longissimi tem- poris vlllo modo prodesse. Hanc opinionem non negamus regulis inter- pretandi exacte conuenire. Nihilo minus tamen huic doctrinali inter- pretationi quaedam usalis praeualuit, qua verba: *keine Praescription statt haben soll*, generalia putantur, vt ne quidem inter priuatos praescriptio
locum*

*) Decisiones latae anno 1661. die 22. Iunii.

locum habeat, nec illa opponi possit, siue ante annum 1746. siue post eundem pars praedii auulsa fuerit. Itaque saepius pronunciauimus, exceptionem praescriptionis plane inutilem et eiusmodi auulsa vsucapionis incapacia esse, quoniam BERGER in *Decis.* 204. et SCHILTER *Exerc.* 30. ff. 31. iam olim existimarunt Decisionem Electoralem 65. dudum omnem vsucapionem sustulisse. Pertinentiae autem quanam in hac materia dicantur, vt obiter indicemus, facile patet, solum coemptionem aut possessionem vtriusque praedii diuturnam, pertinentiam non efficere. EYSER *Med.* 5. et 7. *Spec.* 100. WERNHER *P. 1. Obs.* 79. in *Supplem.* Neque etiam, vt alias solet, in hac materia, destinatio in actum deducta, pertinentiam efficit, sed vnice catastrofealium ratio habetur, vt sequens Responsum docet: *Diueil wenn von der Zurücknahme abgerissener Grundstücken und Ergänzung des Hauptguthes die Rede, es darauf, ob bey der Steuer-Consignation das abgekommene Stück besonders catastrivret oder nicht? lediglich ankommt, und ihr selbstn eingestehen müßet, daß euer von euch also benanntes Hauptguth bis 1707. allein für sich bestanden, sowohl daß das zu vindicirende Tusculanische Wiesgen ein besonderes und mit eigenen Grundbeschwerten belegtes Feld gewesen, mithin solches keine Zubehör, sintemal es bey der Frage: ob das Stückgen für eine Zubehör zu achten? es auf die lange Zeit, binnen welcher es mit euren Guthe dadurch, daß euer Vater und Großvater beyde besessen, verbunden gewesen, keinesweges, sondern lediglich darauf: ob es mit besondern Steuern, Schocken und andern Abgaben belegt, oder aber mit dem Hauptguth zugleich ohne Separation catastrivret worden, ankommt, wobey das in Lande zum Grunde gelegte allgemeine Catastrum zum Regularive genommen zu werden pfieget, und wenn auch schon das Tusculanische Wiesgen vormals in den Kaufen ein Pertinenzstück von euren Guthe genennet worden, gleichwohl der zufälliger Weise beygelegte Name euch kein Recht giebet, sondern mehr auf das, was die Sache selbstn ist, zu sehn etc.*

CLXIX. In nonnullis quidem articulis vniuersitates rerum bonis immobilibus comparantur, neque tamen in omnibus, cum et in taberna et grege maritus succedat. *Cod. August. T. 1. p. 1065.* Vnde diu ambiguum fuit, an si puella minor Geradam vendat, decreto iudicis opus sit? Opus esse, mense Iunio 1765. pronunciauimus, non solum quia Decisio Electoralis 22. hanc vniuersitatem vtensilium rebus immobilibus eatenus comparat, vt etiam in eius extraiudiciali alienatione, foemina inupta curatore opus habeat, verum etiam propterea, quod Gerada maximam partem eiusmodi continet mobilia, quae seruando seruari possunt; inprimis vero BARTHII et MENKENII auctoritate commouebamur, quorum ille in *libro de Gerada p. 328.* hic autem in *Pandectis lib. 27. tit. 9. §. 3.* decre-

decretum, exigit. Hoc si sequatur iudicis decretum non dubitamus, quin pater a filiae impuberis tutore Geradam emere possit, si modo requisita Decisionis nouiss. 14. d. a. 1746. obseruata fuerint. Nunquam enim cognata proxima laesionem enormem obuertat, utpote quae in hac venditione non attenditur. Decis. nouiss. 18. de anno 1746. Dissentit MENE in tit. Pand. de emt. et vendit. §. 8.

CLXX. Mandatum Regium contra decoctores §. 16. ita habet: Und da sich auch öfters besonders unter Kauf- und Handelsleuten zuträget, dass einer bey dem andern Waaren kaufet, solche auch empfenget, und bald darauf durchgebet, da denn der Creditor, wenn er seine Waaren annoch findet, dieselben zu vindiciren trachtet, darbey aber, was vor ein Intervallum temporis zwischen dem Kaufe und dem Austritte seyn müsse? nicht ausgemachet; Als wollen wir, dass wenn dergleichen Waaren, so annoch vorhanden, bereits 2. Monate vor der Flucht verkauft worden, alsdenn der Verkeufer solche nicht weiter zu vindiciren berechtiget, sondern sich diesfalls an die Massam concursus zu halten schuldig seyn solle. Quaeritur vtrum haec vindicatio tantum locum habeat, in debitore fugitio? Cum emtoris dolus domini translationem impediatur, arg. L. 3. ff. de pignorat. act. neque ille probandus sit, sed praesumatur, solemus hunc locum generatim accipere, siue aufugiat debitor communis siue remaneat; ut ius Saxonicum iuri communi eo melius conueniat. Nam verba legis nimis angusta esse, atque mente sententiaque legislatoris arctiora, plane apparet, ut dubium non sit, quin interpretando dilatari et propter rationis similitudinem ad alios casus extendi possint. Itaque verba vor der Flucht, quasi vor den Austritt, vor dem Angeben ac ita fere accipimus, ut graeco sermone, (quia fugere reorum est) omnes, qui aliquid debent et solutionem delinant, Φευγοτες appellatur. Anne venditor melioris sit conditionis debitore aufugiente?

CLXXI. Curatorem minoris nubentis bona marito tradere teneri, inuenio nostrum collegium quondam iudicasse, cum nuper in manus mihi venerit Responsum anno 1706. datum huius sententiae: Hat Maevia sich mit Cajo, im 16. Jahre ihres Alters verbeyrathet, auch bereits Kinder mit ihm gezeuget, jedoch ihre voigtbaren Jahre noch nicht erlanget. Nachdem sie nun von ihren Vormund Sempronio Rechnung, auch die Ausantwortung ihres väterlichen Erbguths, um solches ihrem Ehemanne Cajo zu seinen Nutzen und Gebrauch zu inferiren, verlanget, so will Zweifel entstehen, ob besagter Vormund darzu sonderlich seiner Pflegbefohlenen Vermögen, und zwar ohne Caution, Cajo abfolgen zu lassen, mit Bestande Rechtens angehalten werden könne? Ob nun wohl sonst insgemein und ohne genugsame erbebtliche



liche Ursache ein Pflegbefohlener, ehe und bevor er seine mündigen Jahre erfüllet, seinem Vormund der Vormundschaft und Verwaltung dessen Vermögens zu entsetzen, und solches von ihm abzufordern nicht befügt; der Vormund auch dasselbige ohne obrigkeitliches Decret ihm nicht sicher ansantworten kan, sondern sich hernach von dem Unmündigen selbst, wenn er das von ihm erhaltene Vermögen unnützlich verthan, Anspruchs zu besorgen hat. Dennoch aber und dieweil nach Sachsen Rechte der Ehemann durch die Heyrath, seines Ehevweibes Vormundschaft, Administration und Niesbrauch ihres Vermögens überkömmt, solbergestalt nun die Vormundschaft des Sempronii cessiret, und derselbe sich solober wieder Maeviae und ihres Ehemannes Willen, weiter anzumassen, und diesen dadurch sein ius maritalis zu entziehen, oder doch bis zu ihrer völligen Majorennität aufzubalten, nicht befügt, und der Vormund, wenn er von der Vormundschaft und über die Ausantwortung seiner Pflegbefohlenen väterlichen Erbschaft eydlich und mit Autorität eines darzu besonders gerichtlich bestätigten Curatoris quittiret und losgezahlt wird, wieder allen Anspruch genugsam versichert; So ist Maevia, ungeachtet ihrer noch währenden Unmündigkeit, von ihrem Vormunde Sempronio ihr väterliches Erbguth und richtige Rechnung zu fordern, auch solches ihrem Ehemanne Cajo ohne Caution zuzuwenden berechtiget, und Sempronius dasselbe der Maeviae gegen eydliche, zugleich von ihrem darzu verordneten Curatore vollzogene, Quittung und Verzicht ihr und ihrem Ehemanne abfolgen zu lassen schuldig. Haec sententia, cum vxoriure Saxonico in tutelam atque manus mariti veniat, licet rationi plane conveniat, atque ex professo a DINKLERO in Disp. de cura aetatis nuptiis foeminae maiorennis extincta, quondam defensa fit, tamen hodie non amplius obtinet, recepta potius BERGERT, quam in Disputationibus Forensibus stabilivit, opinione contraria.

CLXXII. Alienatio fundorum impuberis etiam ob alias causas, quam propter aes alienum vrgens, decerni potest. Dieweil die Vormünder auf ihre Pflicht versichern, wie besagtes Haus wenig zu nutzen, und daneben sehr baufällig sey, so das wenn jährlich die nöthwendigsten Befserungs-Kosten von denen Einkünften abgezogen werden, wenig zu derer Kinder Erhaltung übrig bleiben dürfte, also hierzu alljährig Geld aufgeboret werden müste, welches in kurzer Zeit das Grundstück selbst verzehren würde; So mag die geberhene obrigkeitliche Gunst in die Veräußerung wohl ertheilet werden.

CLXXIII. In feudo mere hereditario agnati et simultance inuestici, non vero heredes allodiales, succedunt. Hat H. Ch. von Tr. sein Ritterguth U. in ein Erblehn verwandeln lassen, worein auch die Mitbelehnten in
so

